



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

260. An Princeps sacerularis possit imponere, & exigere gabellas à Clericis
non habentibus requisita Concilij Tridentini sess. 23. c. 6. de quibus
supradictum est? Ex p. 1. tr. 2 res. 37. aliàs 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

& afferit, quid si in Regno Neapolitano non adest
privilegium Pontificis id concedentis, illam consue-
tudinem, seu Constitutionem imponendi gabellas
super bona Clericorum donata, esse contra libertatem
Ecclesiasticam, & nullam prorsus retinere firmita-
tem. Sed an, Clericus teneatur soluere gabellas im-
Ref. seq & in positas super bona laicorum, ad ipsum postea aliquo
tom. 6. tr. 9. titulo, de quibus *sopra*, pertenientia? respondeo
Ref. 66. §. Ac-
distingueo: vel illa bona habent anexam ali-
eedit.
quam gabellam, vel collectam certam perpetuam, &
invariabilen, nimur ut ex eis quotannis soluatur
certa pensio in perpetuum: vel illa bona erant solùm
obligata ad Collectas, obligatione indeterminata, &
variabilis ad tempus, nimur, ad soluendas collectas
pro varietate temporum, & necessitatium occuren-
tium. In primo casu tenentur Clerici soluere supradic-
ta onera in secundò minime. Et ita docet Filiacus
tom. 1. tr. 16. c. 11. num. 294. Azorius p. 3. lib. 5. c. 19. q. 8.
Duardus in Bull. Caen. lib. 2. can. 18. q. 6. n. 6. Megala
in part. 2. lib. 2. c. 17. q. 6. n. 4. 8 & 103. Alterius tom. 1.
dip. 19. lib. 5. c. 6. fol. mihi 719. Prosper de Augustino
in addit. ad Summar. Quaranta, verb. vteigil. Soufa
in Bull. Caen. c. 19. dip. 92. n. 5. Molfesius in summ.
tom. 2. tract. 12. c. 22. n. 167. ¶ 168. Turrianus tom. 2.
in 2. 2. dip. 44. dub. 4. n. 13. Molina tom. 3. tr. 2. dip. 672.
& alij. Vide etiam Layman in Theolog. mor. lib. 4. tr. 9.
. n. 5. Malderum in 2. 2. tr. 5. c. 6. dub. 9. & Suarez
contra Regem Anglia, lib. 4. c. 20.

RESOL. CCLVIII.

An Clerici teneant solvere collectam certam & inuariabilem impositam per statuum super aliqua bona, priusquam ad eos peruenissent? Et an prædia omnia sint obligata pro tributis Reipublicæ impositis? Ex part. 3. tract. 1. Rel. 17.

S. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Barbosa in
Collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. c. 4. n. 5. & ego ipse
cum multis aliis in tr. 1. part. 1. de immunit. Ecclesiast.
Quia hic est res. ref. 42. nunc autem existimo contrariau sententiam
Res. antec. den. & vlt. esse etiam probabilem, quam tuerat DD. quos ci-
paulo post
initium, & in
tom 7. tr. 9.
Ref. 66. §. Ac-
cedit,
cum multis aliis in tr. 1. part. 1. de immunit. Ecclesiast.
Res. antec. ref. 42. nunc autem existimo contrariau sententiam
den. & vlt. esse etiam probabilem, quam tuerat DD. quos ci-
paulo post
initium, & in
tom 7. tr. 9.
Ref. 66. §. Ac-
cedit,
cum multis aliis in tr. 1. part. 1. de immunit. Ecclesiast.
Quia hic est res. ref. 42. nunc autem existimo contrariau sententiam
Res. antec. den. & vlt. esse etiam probabilem, quam tuerat DD. quos ci-
paulo post
initium, & in
tom 7. tr. 9.
Ref. 66. §. Ac-
cedit,
cum multis aliis in tr. 1. part. 1. de immunit. Ecclesiast.
Bartoli etiam si onus impositu sit invariabile, & cer-
tum & in certa quantitate; quia collecta est onus, quod
personis imponitur secundum quantitatem possessionis
num & rerum, ita quodd collectae sint onera mixta,
ex lrescripto, §. finali, de muner. & honor. & ita colle-
cta quantum ad obligationem est onus personale, &
quantum ad quantitatem est reale; ac proinde quan-
do imponitur onus a statuto super rebus certum &
invariabile, id censetur fieri in fraudem Ecclesiastico-
rum, & ita est eadem ratio, ac si esset onus variabile,
& incertum, quidquid contradicant alij distinguen-
do, an onera certa & firma, & invariabilia sint, an
vero incerta, & variabilia.
2. Nec enim hæc distinctio admittenda est, quan-

2. Nec enim hac distinctio admittenda est, quando per statutum onus solendum imponitur in futurum, aliter si fiat per specialem contractum Principis vel contrahentium. Ita Guevara, & ante illum Cardinalis Albanus in tractat. de immunit. Eccles. qui omnino videndus est, & habetur in tom. 13. tractatuum part. 2. Hoc etiam docet Alexander Pefianus tract. de immunit. Eccles. disp. 7. vbi sic ait. Quando onera sunt perpetua, & certa, rebus imposita, maior est difficultas; sed si generalitati sacrorum Canonum standunt

fit,idem dicendum est,quod de secundo casu, & ego
ut tuas reddam Principum,& Magistratum sc̄ularium
conscientias , non possem , ruta conscientia ,
aliud suadere, qm̄ ut cum talia onera imponenda,
vel imposta cum exigenda sunt,non aliter fiat,quam
consulto, & concedente Romano Pontifice. Sic Pe-
asantius,qua omnia intelligenda sunt,vt notat Gras-
fis *vbi supra*,etiam si bona patrimonialia clerici re-
periantur in extimo descripta , nam non transve-
nient in clericos cum onere suo,sicet tale onus esset reale,
perpetuum & durabile.

3. Ex his patet refellendum esse Ioannem Dries-
donem de libertate Christiana lib. 2. cap. 3. asserentem,
quod prædia omnia sunt obligata pro tributis Rei-
publicæ impositis, & imponendis, & cum hoc onere
transire in Ecclesiæm; sed hæc opinio est falsa , &
Thologo indigna,

RESOL. CCLIX.

An Princeps possit imponere, & exigere gabellas à Clericis in Minoribus constitutas?
Et quid, si adhuc consuetudo in contrarium?
*Et quid de Clericis prima Tonsura? Ex part. i. tract. 2.
Ref. 36. alias 35.*

S. I. DE CLERICIS PRIMÆ TONFURÆ AFFIRMATIUVÆ RE-
SPONDENT ANGLES IN 4. TOM. 2. DE RESIT. VELLIG.
diffic. 5. Lassarte de decim. vendit. c. 19. n. 21. Guttier.
pract. qq. lib. 1. 9. 8. Ledesma in summast. tom. trah. 17.
c. 2. concl. 27. & Ioann. de la Cruz in directe. conscient.
p. 1 pracep. 7. art. 3. concl. 1.
Sup. hoc se-
p. in Relig.
64. S. t. p. 1
post inde
s. 2. etiam
p. 2. p. 1
institution

2. Sed stando in iure communi, contariam len-
tentiam proflus amplectendam esse puto : nam om-
nes Clerici , etiam primæ tonsuræ , gaudent exem-
ptione gabellarum ; vt notat Molina *tom. 3. tract. 2.*
disp. 170. num. 5. Malderus, Lessius , & alij , *vbi infra*
& colligitur ex c. fin. de vita. & honest. cler. ex c. quan-
quam. de censibus , & ex l. Presbyteros, C. de Episcop. &
Cler. Dixi, stando in iure communi : nam in aliquibus
Regnis , Clerici in minoribus constituti , si actu be-
neficium non habent, non sunt exempti ab onere ga-
bellarum, vt notant Aragon in 2. 2. 9. 62. art. 3. Boba-
dilla in *Polt. tom. 1. lib. 2. c. 18 n. 263.* & 183. Ioan. de
Hevia in *tr. de commercio. lib. 1. c. 14. n. 9.* Flores de Mena
lib. 2. q. 21. n. 199. Felicianus de *censib. lib. 2. c. 2. vlt. n. 13.*
Gironda de gabellis , p. 7. n. 7. Rodriguez in *summas*
tom. 1. c. 5. concl. 1. 14. Ioan. de la Cruz in *direct. conscient.*
part. 5. praecepit. 7. 9. 7. art. 3. dub. 1. concl. 1. & alij penes
ipsos. Et hoc stante confitutudine, à Romano Ponti-
fice scita, & approbata, vt obseruant *Vafques opuscula*
derelicta. c. 6. §. 1. n. 33. Lessius *lib. 3. c. 3. dub. 5. n. 39.* Malde-
russ in 2. 2. *traist. 5. cap. 6. dub. 2.* Molina *tom. 3. tr. 2.*
disp. 170. n. 5. Turrianus in 2. 2. *tom. 2. diff. 44. dub. 4. n. 12.*
Salas de legib. *g. 96. tr. 14. disp. 14. sect. 11. n. 121.*

3. Sed hanc consuetudinem, & Doctorum opinionem refellit ex Theologis Hispanis Garcias de beneficiis, tom. i. part. 2. cap. 3. à n. 1. usque ad 10. & ex nostris P. Megala in par. 2. lib. c. 17. q. 6. n. 10. Quicquid igitur fit de hoc, certum est talem consuetudinem non extare in hoc Regno Siciliæ: & ided Clericos minores etiam primæ tonsuræ, gaudere exemptione gabellarum: & qui vestigalia ab illis exigent, vel imponenter, in excommunicationem Bullæ Cœna incidenter.

RESOL CCL X.

An Princeps secularis possit imponere, & exigere
gabellæ

*gabellas à Clericis non habentibus requisita Concilia
Trid. sif. 23. c. 6. de quibus supra dictum est: Ex part. 1.
tract. 2. Ref. 37. alias 36.*

*§. 1. Tiam seclusa consuetudine in contrarium,
de qua in superiori resolutione, affirmati-
vo potest in-
nam sententiam docent non ignobiles Authores, vt
tim. & in Homobon. de exam. Eccles. p. 1. tr. 7. c. 29. q. 120. Lay-
dais. §. 2.
man in Theolog. moral. lib. 4. tract. 9. cap. 6. n. 3. Suarez
propositum contra Regem Anglia, lib. 4. c. 27. n. 14. Azorius p. 3. lib.
deg. etiam 5. c. 19. q. 6. Filius tom. 1. tr. 16. c. 11. n. 298. Reginal-
dus tom. 1. lib. 9. c. 25. n. 376. Coriolanus in Expos. Bull.
Cen. excomm. 18. fol. mibi 949. Alterius de censor. tom. 1.
disp. 19. lib. 5. capit. 6. dub. 10. Barbosa in collect. tom. 1.
lib. 3. tit. 9. capit. 7. num. 7. Ceualllos tractat. de cognit.
per viam violencia, in proc. c. 7. n. 22. vbi sic assertit:
[Clericus, si non obseruerit requisita Concilij Tridentini, non potest dici exemptus à tributis, nisi sit iurisdictioni Ecclesiae subiectus; & sic, cum Clerici in minoribus non gaudent priuilegio fori ex defectu dictarum conditionum; consequenter non gaudent immunitate à tributis, & gabellis.] Ita ille. Et secundum hanc opinionem, vt Clericus sit exemptus à gabellis, debet incedere, non solum in habitu, & tonsura; sed etiam deseruire aliquic Ecclesie, de mandato Episcopi: nam has conditions requirit Concilium Tridentinum, vt *suprà* satis explicatum est. Et ita etiam docet noster P. Molles, in *summa*, tom. 1. tract. 6. c. 10. n. 65. & tom. 2. tr. 12. c. 22. n. 162. Hac opinio est probabilis cum Graff. part. 1. lib. 2. c. 125. n. 21.*

2. Sed non minus probabilem, contrarium esse sentio quam sapientius in praxi consului: nam dicti Clerici de iure communi sunt exempti à solutione gabellarum. Nec obstat ius nouum Concilij Tridentini: nam loquitur tantum de priuilegio fori, & tantum restringit illis hoc priuilegium: immunitas verò à tributis non dependet à priuilegio fori, & potest habere rationem omnino diuersam, nam & laicis quibulfam sine priuilegio fori conceditur. Ergo, &c. Et ita hanc sententiam docet Lessius lib. 2. c. 33. dub. 5. n. 38. Molina tom. 3. tract. 2. disp. 279. n. 5. Malderus in 2.2. tract. 5. c. 6. dub. 8. Garcias de beneficiis, tom. 1. cap. 3. part. 2. num. 5. in fine. Et ita declarat Sacram Cardinalium Congregationem, apparel apud Comitulum in respons. moral. lib. 6. quaf. 20. vbi habetur epistola tenoris sequentis, directa ad eundem Comitulum.

3. [Molto reuerendo Padre, sono stati altre volte considerati, & resoluti nella Congregatione del Concilio i dubij, che mi scrive la R. V. Quanto al primo, è stato decisio, che chi non ha beneficio, & non camina con habitu, & tonsura, senza altra monitione, viene escluso del priuilegio del foro. Quanto al secundo, la Congregatione ha sentito, ch'i Clerici, che mancano nelle cose contenute en el 6. sif. 23, non godono il priuilegio del foro, non per quanto s'intendono priuati del priuilegio del can. si quis suadente Diabolo. Da questa ne segue la risoluzione al terzo quesito. Perche non togliendo il Concilio (notentur haec verba) se non il priuilegio del foro, tutti quell'altri priuilegi che competono a Chiesici, rimangono nella dispositione della ragione communie. Con che imaginandomi, &c. Di Roma il 21. di Agosto, 1581. Di V.R. como fratello amo-
revolissimo, Antonio Cardinale Caraffa.]

4. Ex his appetet, supradictos Clericos gaudere immunitate gabellatum, quia, vt diximus, & docuit Sacra Congregatio, hoc testante supradicto Cardinale, Concilium tollit Clericis priuilegium fori; non autem alia priuilegia, quae illis competunt de iure communie, & diligenter enumerata idem Comitulus

Tom. IX.

lib. 1. q. 54. n. 2. Et post hæc scripta inueni, hanc opinionem docere etiam Iurisconsultum Hispanum Torreblancam in defensione, lib. de Magia, c. 6. n. 96. vbi sic assertit: [El Clerigo de corona exemptus est ab extorsionibus, & contributionibus, tam realibus, quam personalibus tributorum, petitorum, gabellarum, & numerum temporalem. Porque cerca desto el Concilio Tridentino, nò tratò nada, y assi, lo dexò à la disposicion del derecho comun, en que estan mandado, que goze de todos los priuilegios de los Clerigos, y assi lo resolute noquistamente la Congregacion de los Señores Cardenales depurados por la Sede apostolica para la interpretacion del Concilio in dicta sif. 23: c. 6.] Ita Torreblanca, vnde de hoc non est amplius dubitandum à scrupulis.

RESOL. CCLXI.

An princeps possit imponere gabellas super bona Clericorum, qui habent Clericalem assumptionem, sine intentione Clericandi, sed tantum in fianadem collectarum? Ex part. 1. tract. 2. Ref. 44. alias 43.

*§. 1. V*identur respondendum affirmativè, & dictos Princeps, ita facientes, non incurrire in excommunicationem Bullæ Cenæ, purauit Coriolanus in expos. dicta Bulla, excomm. 18. fol. mibi 950: & Prosper de Augustino in addit. ad summam Quaranta, verb. vestigial. ex autoritate legis, qui sub praetextu, *C. de sacrosanct. Eccles.*

2. Sed meritò nostet P. Duardus in *Bulla Cenæ*: lib. 2. can. 18. q. 7. n. 2. contrarium docet; nempe, Clericos incedentes cum habitu, & tonsura, & diniis deseruientes, etiam si habent ipsum allumplirint in fraudem gabellarum, gaudere dicta exemptione. Et ratio est: quia supradicti Clerici, etiam si non habeant animum permanendi in clericatu, hic, & nunc vere Clerici sunt: ergo gaudent exemptione gabellarum; & ideò illas ab illis exigentes in excommunicationem Bullæ Cenæ incurrerent. Quæ ita vera esse existimo, vt putem contra Duard. n. 5. eos etiam si Ecclesias aliqui non deseruissent, adhuc gaudere gabellatum exemptione: nam, vt *suprà* probatum est; vt Clerici sint immunes à solvendis gabellis, non est necessarium, vt habeant conditions requisitas à Concilio Tridentino: nam Concilium in illo loco loquitur tantum de priuilegio fori, & nihil tangit de aliis Clericorum priuilegiis. Ergo, &c.

RESOL. CCLXII.

An Princeps possit imponere, & exigere gabellam ab Equitibus D. Iacobi, Alcantara, Calatrava, &c. & adhuc Novitiis? ^{Sup. prima diff. huius tituli sup. in Ref. 67. §. Sed hoc & in Ref. 171. & in Ref. 172. s. vlt. & in Ref. 173. Regularis, quod est valde notandum. Ex part. 1. tr. 2. Ref. 54. s. vlt. Ref. 50 alias 49.}
Et ex doctrina huius questionis infertur dictos Equites esse vere Religiosos, & posse confiteri cum Sacerdoti non approbato ab Ordinario, sicut possunt alii ^{in Ref. 94. §. 2.} *cursum.*

*§. 1. A*ffirmatim respondeat Bobadilla in *polit. 10. 1.* ^{Sup. hot in-}
ess. tantum immunes à gabellis, quoad bona cōmen- ^{Sup. hot in-}
tituti sup. in ^{Ref. 54. §. 1.}
qui tenent, dictos Equites non esse vere Religiosos, ^{Ref. 54. §. 1.}
vt præter Doctores, quos citat Sanchez, vbi infra do- ^{& ibi in tr. 1.}
cit. Ioan. de la Cruz de stat. Relig. lib. 1. c. 2. dub. 3. con- ^{Ref. 94. §. 2.}
clu. 2. Petrus de Ledesma in summa, tom. 2. tract. 10. ^{& in aliis}
civis not. & ^{civis not. &}
6. 8. dub. 2. conclus. 2. Emmanuel Sà verb. Religio, n. 41. ^{civis not. &}

V 2 Burgos